

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Angelus d  
cum fonte primo

Superna illa ciuitas ex angelis et  
hominibus constat, ad quam tantum  
credimus humanum genus ascendere,  
quantos illic contigit electos angelos  
remansisse, sicut scriptum est:  
Statuit terminos gencium iuxta  
numerum angelorum Dei.

Gregorius omelia XXXIII. super  
euangelia.

Quia enim  
superna illa ciuitas ex angelis et  
hominibus constat, ad quam tantum  
credimus humanum genus ascendere,  
quantos illic contigit electos angelos  
remansisse, sicut scriptum est:  
Statuit terminos gentium secundum  
numerum angelorum Dei (Deut. 32:8),  
debemus et nos aliquid ex illis  
distinctionibus supernorum ciuium  
ad usum nostrae conuersationis trahere,  
nosque ipsos ad incrementa uirtutum  
bonis studiis inflammare.

Gregorius Magnus, *Homiliae in*  
*euangelia*, 2.34.11 (CCSL 141, R. Étaix  
ed., p.309, ll.260-267).